Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



195

mina Beatrice, et utriusque filio, Domino Othone.
entat superioribus annis ingratam optimi Roberti Con-
ndilagi a me lusum Idyllion. Ubi circa medium:

Nomina fundatorum antiquis edita chartis
Hæc recensentur. Dux illustrissimus Otho
Meraniæ Princeps, hinc usque ad sidera nobis,
Cum consorte Beatrice, illustrique prole
Inprimis Domina, pietatis fulmine motus.
Huic etiam accessit perchaarus filius Otho,
Martyrium quondam Visdona passus in arce,
Et crudeliter interfectus ab hoste cruento.
Præterea Comes ipse Trubendingenses, avito
Nomine Conradus dictus, cum conjuge cara,
Nobili et eximia et illustri pietate Sophia,
Cum nataque Agnete pia. Deus arbiter orbis
Æternam detetis per Christi vulnera vitam.

Cur autem hic Otho Dux Meraniæ Comes vocatur de Orlamunde? Error in eo est, quod ob nominum similitudinem non separantur Othones et Beatrices. Otho enim Dux Meraniæ, et Beatrix Palatina Burgundiæ, parentes fuerunt Beatricis conjugis Othonis Comitis de Orlamunde.

93) Vide supra Add. 82. Pernoldus Chron. ~~Campidil.~~ apud Hanthaleum t. II ad an. ~~14~~ 1243. Dux Fridericus de Istria uxorem suam Agnetem de Merania auctoritate Archiepiscopi Salzburgensis et plurium Episcoporum, apud Friesach Kärnthiæ ex thoro suo dimisit, ob Affinitatem, et quia prius Imperatorem secuta est, nec secunda fuit. Et ad an. 1245. Dux Kärntiæ etiam captus. Hic duxit Agnetem repudiatam Friderici Ducis Austriæ. Leobiensis ad an. 1244. Krenpeckius, et Bern. Noricus, Chron. Aust. Chron. Aust. ad an. 1243. Burglehner t. I, l. 13, c. 4.

94) Burglehner t. I. l. 13, c. 4: Elisabeth hat erstlich zur Ehe gehabt Herrn Hertegen freyherrn zu Grundlach, hernach Graf Friderich von Zollern, so der erst Burggraf zu Nürnberg gewesen.

95) Idem Auctor ibidem. ~~Radevicus Baur seu~~ Henninges German. p. I, Agnetem vocat et Ottonis II filiam.

96) ~~Stillingus Act. SS. ad 26 Aug. Joannes comes Cabillonensis frater erat Beatricis Joinvillii uxoris~~ Hugo, filius Joannis comitis Cabillonensis, Burgundiæ Comes erat per uxorem Aleidem de Merania, quæ hæres erat Ottonis III comitis Burgundiæ Palatini (id est, Ottonis II Meraniæ Ducis fratris sui), de quibus ulterius consule Andream du Chesne in Historia Burgundiæ l. 4, c. 28. Kalenus Diss. de Ducibus Meraniæ; Adelais obiit anno 1279. d. 8. Martii. Maritus 1) Hugo Comes Cabillonensis anno 1230. obiit anno 1265. 2) Philippus Comes Sabaudiæ anno 1267. ~~Burglehner eandem Margaritam vocat et Palatinatum Burgundiæ Hugoni Comiti vendidisse ait. Vide Add. 125.~~

Margarita vocatur ab Kundo Stemmatog. Bav. et Burglehnero t. I, l. 13, c. 3, qui ait: Von Margaretha wird anderst nicht gefunden, dan das sie auf absterben ihres Bruders Herzog Otto von Meran, ihr Erbsgerechtigkeit zu Burgundi, den Herzogen Hugo zu Burgundi umbar Summa geldt verkauffet habe. Eandem cum Adelaide, Alisa, seu Elisabetha Ottonis II filia confundit

† Essi autem Burglehner, unicum hunc Ottoni I filium fuisse; quidam tamen, uti Interpolator Chronici Mellicensis, et Bruschius et Kalenus, Poppo-nem addunt Episcopum Bambergensem. KM.

97) Burglehner t. I, l. 13, c. 4: Otto der ander vnd letste dis namens der Herzogen zu Meran vnd Grauen von Andechs, hat auf absterben seines Herrn Vattern obbemelts Herzogs Otten, als bald die Tyrolischen Lehen von neuen aufgeschriben, bernefft vnd verliehen. †